

ffinitus feria quarta ante domi-
nicam *Esto michi. Anno domini.*
M. CCCC. XXXIX. Johannes
Rull. et Tabula five Conspectus
omnium Titulorum.

Errorem, quem in *Ferd. Ug-*
bellii Catalogo Epp. *Sabinensium*
Lambecius *suprac.* notarat, in no-
va *Italiae Sacrae* editione cor-
rectum non fuisse, dolendum est.

335

Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. 122. f. nitidissime
scriptus, fronte, Librorumque
initiis auro, coloribusque illustris
continet S. *Ambrosii Mediolanen-*
sis Episcopi Libros III. de Offi-
ciis hac inscriptione: *Incipit Li-*
ber. S. Ambrosii Mediolanensis Epi-
scopt de Officiis. Initium est: *Non*
arrogans videri arbitror si inter fi-
lios &c. Textus collatus cum
edit. *Maur. Paris.* 1690. T. II.
col. 1. valde sincerus est. Posses-
sorem ultimum habuit *Joh. Sam-*
bucum, ad quem e directa famo-
sissima *Matthiae Corvini Hung.*
Regis Bibliotheca *Budensi* de-
venerit; cum enim in Frontis
imo Scutum gentilitium *Arago-*

niae praeferat, vix dubitem in-
ter *κειμηλια* *Beatricis Neapolita-*
nae, cujus Pater *Ferdinandus I.*
Alphonsi V. Arag. Regis filius
fuit, ad *Matthiam* Sponsum de-
latum fuisse.

CCII.

Codex chartaceus immixtis
paucis membranis Sec. XIV. et
XV. Folior. 160. 8. non una ma-
nu exaratus et rubricis distinctus
Συλλογην Opusculorum complec-
titur, quam percensebimus. I.
Incipit Liber sancti Ambrosij de
fuga seculi. Initium: *Frequens*
nobis de effugiendo seculo isto est
sermo, atque utinam quam diffici-
lis sermo tam cautus et sollicitus
affectus &c. Textus mendis non
caret, ut vel *το difficilis* pro *fa-*
cilis ostendit; variis tamen locis
refectus est. Extat edit. *Maur.*
Paris. 1686. T. I. col. 417. f.

II. fol. 34. Verficuli, de qui-
bus in Elencho *Codici* praefixo:
Liber metricus de contemptu mun-
di editus a quodam de ordine pre-
dicatorum quem ad fratrem suum
Cardinalem misit. Ingressus est
ejusmodi:

Cartula nostra tibi mandat dilecte salutes

Plura videbis ibi si non mea dona refutes &c.

Non contentus Artifex rhythmos suos ita variat:

Non modo leteris quia forsan cras morieris.

Per nullam sortem poteris depellere mortem &c.

Et